

5 matri. ubi Africanus ꝑ Praetorem apertissimè iudicem appellat. Sic Ulpianus in l. 3. D. de lib. exhib. cum queritur utrum filius in potestate sit, necne, Praetoris notionem interponendam esse ait. Postremis autem temporibus, nominatim edictum videmus, ut ꝑ cause liberales in vrbē, à Praetore in provinciis, non à pedaneis iudicibus, sed à Praetide ipso cognoscantur. l. 1. C. de offic. praet. l. 2. C. de pedan. iudicib. minus etiam illud pugnat, quod est in oratione pro Flacco, & mihi nonnunquam serpulum iniecit, tres equites R. de quadam causa liberali cognouisse: ad enim de ciue R. controuersia erat, sed de Graeco quodā Dorilensi, qui liberali manu ascrebitur in Asia, L. Valerij Fracci provincia. Quae cum ita sint, sequitur necessario, formulas, quas ad singulas actiones accommodare solemus, locum in istis causis non habere: quippe cum Praetor ipse cognoscat, qui sibi formulam iudicandi non praescriberet. Sacramēto enim litigatores contendebat. Praetor autem re cum consilio cognita, lulum alterutrius sacramētū esse iudicabat: eumque de quo agebatur, liberum, aut seruum, ingenitum aut libertum, filium Tritij videri esse, vel non esse, pronuntiabat. Vnde illa apud Ulpian. in l. diui. 27. D. de libet. caus. Pronuntiare debebat seruum illum non videri. Item, Ne sine aduersarij pronuntio, ingenitum videri. Item, cum non ingenuus pronuntiat, sed seruus non videri.

7 Deinceps videamus quam obrem hoc iudiciū ita nominetur. Nā ꝑ praedictum cōstat esse superius iudicium, quo sequens aliqua cōtrouersia iam tum quodammodo iudicata & terminata sit. Ac in duabus quidem posterioribus actionibus, praedictialibus, facilis & expedita ratio est. Et enim siue opere peratū, siue obsequium desideret, siue etiam famosa actio intendatur, siue in ius vocetur qui se patronum dicit, cum alter se vel ipsius libertū negabit, vel ingenuum esse contendet, illa quidem causa contestabitur: sed cum eius disceptatio ex istius recusationis euentu pendeat, tantisper sustinenda est dum haec recusatio in iudiciū & cognitionem vocata ex sententiae pronuntiatione terminetur. Atque haec quidem sententia, utroque modo lata sit, alteri causae fundamentum iacit, eique quemadmodum diiudicanda sit praescribit: ob eamque causam praedictium his casibus reddi. Vlp. scribit in l. vlti. D. si ingen. esse dic. Eadem actionis insequentis ratio est. nam ꝑ si Terentia post diuortium pepererit, neque Tullius eam prole pro sua velit agnoscere iudiciū aduersus ipsum postulat in Praetore, intendens illū alere partū oportere. Si Tullius partum ex se conceptum neget, sponsonem Terentia facere cogetur, iudiciūque in haec verba pertere: Ni M. Tullij filius sit. quod iudiciū prius non disceptandum esse apparet, quam decernatur, utrum alere partum Tullius debeat necne. Itaque eum huius controuersiae decisio, ex illius euentu pendeat, recte hoc iudiciū praedictium appellatur. Ex quibus breuiter ita dicuntur, apparet praedictiū his casibus ita nō in eodem definiti posse iudiciū, cuius ex euentu altera quadam cognitio, quae tantisper interea sustinenda est, disceptari debet. Quod utrum in causis liberalibus dici, necne possit, considerandum est. nam in illis nulla interdictum alia causa est, sed per se, ac sim-

placet, neque propter aliud iudiciū instituitur cuiusmodi eius Virginiae causa fuit, quam Claudius ab Appio Decumio propositus, seruum suum esse contendeat, alia enim nulla lis erat, propter quam haec liberalis causa cognitio prius instituenda fuerit. Itaque sub tit. De causa liberali, ne semel quidem (ut opinor) praedictiū mentio facta est. Sed responderi poterit, res omnes ex maiori parte nominandas esse, & plerunque iudiciū de capite eius R. propter aliam a liquā causam institui solere, cuiusmodi illud est, quod Afconius commemorat in Orat. pro Cornelio his verbis: Metellus fecit reum Curionem. cumque interim quendam ciuem idem Metellus seruum esse contendans, vi arripuisset, ac verberibus affecisset, Curio assererem ei comparauit dein cum apparet eum exitum iudiciū illius futurum, ut is liber iudicaretur quem Metellus verberibus affectum a se negare non poterat: inter Metellum & Curionem facta pactio est, ut neque arbitriū de libertate vigeret in Metellum Curio, neque Metellus perstaret in accusatōne Curionis. Haec Afconius, qui ꝑ nominatim hanc de causa liberali cognitionem, modō iudiciū, modō Arbitrium appellat: tamen verē praedictium hoc esset. Similis ratio est eius causa quam Ulpianus commemorat in l. pen. D. de noxal. act. Si ad libertatem proclamauit is, cuius nomine noxale iudiciū susceptum est, sustineri debet id iudiciū quoad de statu eius iudicetur, & sic si quidem seruus fuerit pronuntiat, noxale iudiciū exercebitur: si liber inutile videbitur. Quae quāquam ita se habeat, tamē hoc verū est, quod scribit Vlp. in l. vlti. D. si ingenuus esse dic. etiamsi causa alia nulla interuenerit, id est, alia controuersia nulla instituta sit, quōties ꝑ de libertate aut ingenuitate alicuius agitur, praedictum reddi. Quod autem Theophilus scripsit praedictium esse formulam ex sola intentione constantem, verum esse id quidem sed ab ipso, ut opinor, non satis intellectum. Nam his actionibus verum est nō intendi: aliquē dare, aut restituere oportere: sed simpliciter postulari, vt aliquis liber, aut seruus, filius, aut non filius pronuntietur: haec enim fortasse formula utebatur, Hunc ego hominem ex iure Quiritium liberum esse aio, eumque liberali assero causa manu: vel sic; Hunc ego hominem seruum esse, meumque ex iure Quiritium mācipium esse aio. Item, Hunc ego hominē, cum apud me iustam seruitutem seruiret à me manumissum, meumque, libertum esse aio. Quod autem Theophilus illud ita interpretatur, qualis is qui ad libertatem proclamat, praesice diceret, SI APPARET me liberum esse neque adderet, condemna eum iudex: ridiculum, & longiore reprehensione indignum est. nam, vt illa praefatione vsus esset, tamen hoc addere debuisset, tum me liberum esse pronuntiato. Haec enim sententiae ratio fuit, vt aliquis seruus, liber, ingenuus, aut libertus, videri esse pronuntieretur: sicuti superius docuimus ex l. diui. 27. D. de liberal. cau. fa cit l. circa, 14. D. de probat. l. adoptium, 8. D. de in ius voc. Atque haec quidem haec tenus. Deinceps autem videndum est: in istiusmodi, controuersis quis actor, quis item reus appellari debeat, quod Vlp. apertè definit in l. generaliter, 12. D. de excep.

11 Generaliter ꝑ, inquit, in praedictis is actoris partes sustinet, qui habet intentionem secundum quod